27. *non ut cauſa vel conditio impellens* voluntatem Dei ad dandum id, quod utique ante omnem humanam voluntatem, ex miſericordiâ & liberalitate ultro offertur:

28. *Sed ut acceptatio*, oppoſita contemtui & ingratitudini quâ repudiatur datum,

29. quæq; omnino vera *cauſa amittendæ* gratiæ & ſalutis oblatæ futura eſſet;

30. licèt *acceptatio conſequendæ* cauſa æquè non ſit,

31. ſed velut *actus inſtrumenti*, ut oculi, oris, manûs apertio ad accipiendam eleemoſynam,

32. *placens* Deo *per accidens*, hoc eſt, non *virtute* ſuâ *propriâ*, ſed interceſſione & liberalitate ac imputatione *alienâ*.

33. Sicut *acceptio eleemoſynæ in famelico*, placet homini *miſericordi*, qui pereuntem fame, non ſine vehemente commiſeratione aſpecturus erat:

34. &